~~D. X. 32.~~

~~H. F. II. 68.~~

U. 68 (4°)

Emb. 11. 2. 6

Table des Ouvrages contenus dans ce Volume.

1. Bazon. (J. Ch.) Eloge historique de l'université de Paris, latin, français, et avec des remarques discours prononcé aux écoles de médecine le 11 8bre 1770.
2. Guerin. F. Vc. Mandatum ob recens natum Serenissimum Burgundiae Ducem.
3. Le Bel. (H. F.) Mandatum rectoris
4. Mandatum rectoris
5 Le Bel. (H. F.) Mandatum rectoris
6. id Mandatum rectoris
7. Hamelin. (P.) Mandatum rectoris.
8 id Mandatum rectoris
9 id Mandatum rectoris
10 Jacquin (P.) Mandatum rectoris
11 id Mandatum rectoris
12 id Mandatum rectoris
13. Coyer (F. M.) Mandatum rectoris ob dilatam Scholarum instaurationem.
14 Guerin (F. Vc.) Mandatum rectoris
15 id Mandatum rectoris
16 id Mandatum rectoris
17 id Mandatum rectoris pro consecratione regis
18 Doujat (Joan.) Panegyricus Ludovici Magni ob res hoc anno regni XLI praeclare gestas.
19 Boucher (P.) Panegyricus Augustiss. Delphino dictus Lutetiae Parisiorum in collegio Claromontano Ann. 1662.
20 Schoepflinus (Jo. D.) Panegyricus Ludovico XV.
21. Crevier J. B. L. Oratio in restitutam regi valetudinem habita in instauratione Scholarum collegii Dormano-Bellovaci. 1744.
22. Le Roy. (Chr.) Divi Caroli magni, regis Francorum et Occidentalium imperatoris laudatio

23. Geoffroy (J. B.) De amore Patriae oratio.

24 Petit (Ludov.) Oratio de iis quae ad eloquentiam, tum sacri, tum profani codicis conferunt, praesidis habita à =

25. Vauvilliers (J.) Ludovico victori moderato oratio.

26. Manque

27. Geoffroy (J. B.) Ex bello quod anno proxime elapso gestum est, gerendo hoc anno belli quale omen repeti possit Oratio.

28. De Palmeus Père et fils Estampe iconologique ou forme de Médaille, dont le type représente le Désintéressement dessinée et gravée par J. J. Pasquier avec la description de cette estampe

29. Leroy (Chr.) Quantum litteris debeat virtus oratio.

29 bis id Quo potissimum in instituendis pueris sublevari possit magistrorum labor. Oratio.

30. Geoffroy (J. B.) Augustis parentibus Delphino et Delphinae gratulatio.

31 Manque

32. Maltor (Ant.) Oratio habita in instauratione Scholarum collegii Dormano-Bellovaci.

33. Geoffroy (J. B.) Quo loco inter cives vir litteratus habendus sit oratio.

34 Le Beau (J. L.) De pace oratio gratulatoria.

35 Maltor (Ant.) Oratio funebris Mariae Polonorum regis filiae, Gallorum reginae.

36. Xaupi (Joseph.) Discours latin prononcé par = officiant à la procession du recteur de l'université, dans l'Eglise de l'abbaye royale de St Antoine avec la traduction

37 Jacquin (Et.) Discours prononcés le jour de la procession de l'Université, à l'occasion de la Profession de Madame Louise Marie de France (Latin. français)

38. Xaupi (Jos.) Compliment fait par = au nom de la Compagnie à Mr de La Rochefoucaymond au sujet de sa nomination à la feuille des bénéfices 1771.

38 bis Guerin (F. N.) Mandatum rectoris. Praemium eloquentiae latinae

39 Maudhuit (F.) Utrum vulgo plebeiorum liberos humanioribus litteris excoli oporteat Oratio.

40 Vauvilliers (J.F.) Ludovico XV regi Galliarum dilectissimo Laudatio funebris

41 Ad Supremum Senatum gratulatio post reditum habita universitatis nomine

42. Walter (Ant.) Oratio habita in instauratione scholarum collegii Dormano-Bellovaci

UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE
13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sibil

SU

Cote U 68 in-4

1153802502

MANDATUM *RECTORIS.*

BIBLIOTHEQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

NOS FRANCISC.-NICOLAUS GUERIN, universi Studii Parisiensis RECTOR, omnibus Academiæ nostræ Doctoribus Magistris & Scholaribus, SALUTEM.

POST trina Regiorum Regiarumque Principum hæc mœnia primùm solemni apparatu intrantium, edita nuper spectacula, restabat, ut SERENISSIMUM ATREBATUM COMITEM hùc similis etiàm pompa deduceret, nè qua pars esset Regiæ Familiæ, quæ non optimis Urbis Reginæ Civibus noscereturque certa pignora non haberet.

Dilatam hactenùs continuatâ impedimentorum varietate lætitiam oculis usurpatura tandem est nostra Lutetia, annuente scilicet LUDOVICO, ut Civium, ità Fratrum amantissimo. Etsi enim Principem carissimum jàm aliàs vidimus, præsertìm cùm quatuor antè mensibus digniſſimam Curiam Regio nomine delegatus restitueret, nondùm tamen Is ad nos eo ritu processerat, quo solent illius sortis Principes populis se ab aris connubialibus ostendere. Venit itaque dudùm expectatus, nequè justas Deo grates pro beatissimo Conjugio, teneraſque pro Serenissima Conjuge, quàm felix cogit abesse causa, preces ultrà differre sustinet. Venit & ipse impatiens moræ, longamque, nisi se noster amor decipit, increpitat viam.

Sed jàm apropinquare, imò jàm adesse nuntiant lætùm resonantia festorum dierum tonitrua; nuntiant convolantes ad portas ex omni parte Cives, quasi indicto certamine, quis primus optatos vultus aspiciat, quis primus ingredienti salutem faustis acclamationibus apprecetur.

At in ipso per mediam Urbem incessu quis publicam alacritatem descripserit? Ut in juvene Principe adultam frontis Borboniæ majestatem decoramque corporis proceritatem demirantur! Jam de ipso & de absente Conjuge qui sermones, quæ vota! Ita vestros Principes amatis Gallica pectora! Hanc illis perspectæ in vos caritatis vicem rependitis.

Atque iſta paſsìm per immenſam Civitatem, ſed nullibi tamen, quàm in illis Sanctiſſimæ Patronæ collibus & in noſtro latio ferventiùs, ubi numeroſa ſtudioſæ Juventutis examina placidis Lycæorum ſeceſſibus incluſa ægrè ſe ſperatâ voluptate defraudari patiantur. Fruantur ſanè jucundiſſimæ diei libertate : Fruantur amore quem aluimus, quem fovemus. Videant Principem, qui Muſarum caſtris, quæ nunc ſequuntur, nuper egreſſus, ſtatìm ſe tradidit in diſciplinam Marti, & brevi veteranis antiquiſſimorum & fideliſſimorum Sociorum ducibus natum ad omnes militaris induſtriæ partes ingenium approbavit. Videant quem olìm ad præclaros illos Bellonæ ludos, ad pericula, ad victoriam, quotiès Patria juſſerit, pars magna, ſecuturi ſunt.

Itaque mandamus, ut die Martis integro, hujus menſis ſeptimo, honeſtæ jucunditati Juventus Academica permittatur, ità ut nihil de ſolitis feriis detrahatur.

Datum de Conſilii noſtri ſententiâ in Ædibus noſtris Ludovici-Magni, die menſis Martii ſexto, anno milleſimo ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-quinto.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

Ex Typographiâ Viduæ Thiboust, REGIS, nec-non Academiæ Pariſienſis Typographi. 1775.